



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

11. Adiliterarum fraudes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Obijcitur toties à te mihi nostra libido ;

Crede mihi, vobis imperat ista magis.

Vos ubi contempti rupistis frana pudoris,

Nescitis capta mentis habere modum.

Id in Vulcani vxore, cum Marte, iuuenta, veteres; itemque in Paliphaë, cum Tauro duce, deprehensa, ostenderunt. Quid de ceteris sperassent, si Deas, atque reginas suas adulteras crediderunt? Acca Laurentia Faustuli pastoris regij vxor meretrix insignis, propter formosissimi corporis quæstum turpissimum, *Lupa* appellata est, vnde ad nostram vsque tempestatem meretricum cellula *Lupanaria* dicuntur. Duplex huic caussa fuit adulterandi, Cupido & cupiditas, hoc est, lucrum & voluptas. Itaque non petulantia tantum, sed auaritia etiam perfidas facit. Plurima, vt tunicam rutilantem, aut synthesin, vel cultros ex argento pensiles, accipiunt, mœchantur. Alias vnus annulus, vna gemma, aut armilla seducit. Et possent facile maritis eiusmodi munera aliunde profecta esse suspecta, si oculos vellent aperire. Sed saepe aliquid & ipsi dissimulant, quia malunt, in veste serica, putidam, quam in lanæa, aut centone fidam tolerare. Faustina neque M. Antonini (non modò principum, sed omnium mortalium optimi, qui ætate illa fuerunt) neque patris memor, qui & ipse rerum Romæ potitus est, adèò in intemperantiam præceps abiit, vt, in Caietano secessu, nauticas sibi condiciones quæreret. Admonitus maritus domesticus probri: *Aut est, inquit, id dedecus ferendum, aut restituum imperium, quod ab ea accepi.* Hoc vir, optimus alioqui, fecit: quid non faceret, famina? Et verò facit. Indorum mulieres cæteroqui pudicitia celebres, elephantum tamen pretio oblato, amatoribus pudorem substernunt, &, quod mireris, nullo inde præfloratae famæ dispendio. Quin laudi facinus ducitur, quòd tanti earum forma censeatur. Quasi vllum pretium virtuti sit anteponendum.

Si de fraude agatur, multo hac crebrius decipiunt mulieres, quæ dolo, pro gladio vtuntur. Phanus cum vxorem haberet de adulterio suspectam, atrij fores sic occlusit, vt non nisi cum stridore sonituque possent aperiri. Verum illa, per regu-

Propert. lib. 3
eleg. 18.

Liu. lib. 1.

Sab. lib. 4.
cap. 11.

Cælius lib. 1.
cap. 31.

XI.

las, adulterum intravit. Hinc vicini, per iocum dicebant, *Phani ostium*, quo proverbio innuebant, aliquid servatum frustra. Atque hæc quidem immittendo amatore scellit. *Ima patris* Imperatoris filia, in emittendo. Siquidem, eo immisso, cum atrium niibus tectum vestigia viri à gynæceo exeuntes proditura esset, ipsa virum humeris exportavit, ut lateret, pes maior, si muliebris calcei duntaxat vestigia apparerent. Mirissimas eiusmodi feminæ ac noueræ Demænetæ fraudes recenset, in Æthiopicis suis, Heliodorus, quas huc transferre, nimis prolixum esset. Notæ sunt Bellerophontis litteræ ab Anthia frustra eum sollicitante procuratæ, in repudij vindictâ. Ob eandem causam occisus est C. Appius Syllanus à Messalina Claudij Imp. sollicitatus, & accusatus pro mercede constantiæ & castitatis. Quod etiam impuri Senes Sufannæ sollicitatores fecerunt: & Phædra Hippolyti castissimi adolescentis nouerca: & vxor Putipharis, quæ suum scelus in Iosephi caput retorfit, cupiditate in vindictam versa, ut verum sit istud: *Aut amat, aut odit femina.*

Heliodor.
Æthiop. lib. 1.
& 6.

Homer.
Iliad. 2.
Xiphilin. in
Claudio.

XII.

Itaque fraudibus accedunt cædes, & venena. Quemadmodum enim David adulteriû homicidio cumulavit; ita complures feminæ, ne aut in flagitio deprehenderentur, aut impediuntur, maritos suos è vita remouerunt. Eurydice, Macedonum regina, Amyntæ vxor, atque Philippi mater, ut adultero regnum traderet, Alexandrum & Perdiccam filios veneno sustulit: idemque viro fecisset, nisi scelus à filia esset detectum. Fecisset idem etiam Mithridati Ponti regi Laodice; nisi insidiantis machinatio, ancillæ indicio prodita, in authorem redijisset. Fecit Fabia Fabij Fabriciani vxor. Fecit Zoë imperatrix, qua teste Zonara, Romanum Argyropolium maritum interfecit, ut cum Michaële Paphlagonæ liberiùs mœcharetur. Fecit Fredegunda Gallorum regina à Chilperico virgæ tactu, post tergum, ac per iocum, blandiente deprehensa, dum inclinata laudaretur. Arbitrata enim id ab adultero Landrico factum, virum nomine amanti compellavit. Ut errorem aduertit, ultionem

Fulg. lib. 9. c. 1

Sabell. lib. 3.
Enneadis. 6.
Plutarch. in
parallel.

Fulg. l. 9. c. 9.

Ludou. Viues
de Christian.
femina lib. 2.

Germanici soror, quæ, *traditâ semel Seiano pudicitia, homici-*